

**Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**

**Wersja sandomierska**

Rękopis Biblioteki Narodowej w Warszawie, sygn. BN 12600 III, k. 73va–73vb

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 40

[40] De viro, qui super alium querimoniam fecerit pro bonis.

Conqueritur vir super alium pro bonis, quod sua vera sit hereditas, et quod ille teneat cum iniuria, et sua vera successio sit a patre suo, vel ab alio suo cognato, aut a suo predecessore, et si ille compareat super quem querela proposita fuerit, et dicit se habere bonorum defensorem, et bona possiderit pacifice et quiete, anno et die, et contradicione qualibet non opstente [s] et est iuste ac rite meum premium censuale, ipsum oportet suum defensorem nominare, et ad dies statuere, si potest, et cum defendantem seu defensore conservat sua bona in eo, si defensus fuerit, ut iuris est,  $\vdash$ et<sup>a</sup> $\dashv$  ad defensorem. [k. 73vb] Sin autem sibi defectus fuerit in defensione, actor conservet suam legalem proprietatem, in bonis eisdem, quia quivis homo conservet suam innatam hereditatem, sive naturalem porcionem, facilius quam alter  $\vdash$ m<sup>a</sup> $\dashv$  em[p]tam proprietatem, aut premium censuale, cum inposibili<sup>s</sup> sit aliquem de naturali porcione defraudari.

<sup>a</sup> skreślone przez autora podstawy

[hasła: skarga, nieruchomości, dziedzictwo, spadek, ojciec, krewny po mieczu, spadkodawca, spokojne posiadanie, świadek, rok i jeden dzień, termin, prawo naturalne]